bis facta à Leone.10. Fratribus Prædicatoribus à nobis iam relata. Et ex Bullis Clementis.7. Fratribus Minoribus, & Auguſtinienſibus conceſſis. Quibus fecit ampliſſimam communicationem priuilegiorum communicando priuilegia et gratias conceſſas, & concedendas in futurum aliis Ordinibus non ſolum Mendicantibus, ſed etiam non Mendicantibus. Hoc etiam confirmatur per Bullam Pauli.3. iam adductam.

DE NOTABILI COMMVNICATIONE *priuilegiorum quam habet* Ordo D. Hieronymi *in Hiſpania, communicata etiam Ordinibus Mendicantibus.*

58 ¶ Notanda eſt communicatio priuilegiorum quàm habet Religioſiſſimus Ordo Diuì Hieronymi in Hiſpania, prout Collector priuilegiorum eiuſdem Ordinis ver. Extenſio priuilegiorum ponit, & colligit aliquas conceſſiones, quibus quod erat conceſſum aliquibus particularibus Monaſteriis, aliis per modum extenſionis fuit à Summis Pontificibus communicatum. Sed, quia in confirmatione priuilegiorum, quam iſta Sacra Religio à Pio

4. &